



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Monica Vidua 4. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Hæc est illa MONICA, quæ Augustinum bis genuit, orbi primùm, deinde cælo, secundo quām primo partu felicior, dum filio pietatem, alteram hominis animam, quam cum laetè instillare non potuit, plorando infudit. Heresi Manichæa mortalissimâ humani generis peste perierat Augustinus; mater sic mortuo affundere lacrymas non ante destitit, quām Episcopi oraculo recreata est spondentis: *Fieri non posse, ut filius istarum lacrymarum periret.* Vim nimirum faciebat Deo (uti Augustinus postea jam renatus loquebatur) cor contritum & humiliatum viduæ castæ ac sobria, petentiisque abeo non aurum & argentum, sed salutem animæ filii sui. Cujus illud primum indicium fuit, quod Ambrosio acquiesceret, & destillante ab illius viriore ambrosiâ pasceretur, quem proinde non immerto ut Angelum Dei Monica diligebat; quando vere idem est boni præceptoris, quod Angeli officium, et si non eadem utrique dignatio impenditur. Compos tandem facta voti sui, & Augustino in tantas succrescente spes, negavit longiore sibi viâ opus esse, desiderium cæli ad Ostia Tiberina filio professâ, cum diccret: *Fili, quantum ad me attinet, nullæ re jam delebor in hac vitâ:*

imq;

iii.
ii.
ti-
n-
fe-
ni-
are
esi-
me-
sic-
te-
ra-
ut
in
us
n-
co-
r-
us
n-
1-
m-
ei-
st-
a-
x-
2-
1-
o-
pe-
:
y-
§. Maii. VITÆ SANCTORUM. 289
immorari cupiebam, ut te Catholicum vi-
derem, &c. Neque multò pōst terris ex-
cessit, hoc unum precata à filiis, ut ad Do-
mini altare sui meminissent. Nos illam
suspiriis repetimus normam & exemplar
matrum omnium; nam hodie pleraque
non pereuntibus filiis, sed ad Deum
abeuntibus lacrymantur, eosque diligen-
do occidunt. Ex operib. S. August.

Primus gradus pietatis est iste, ut quos
auctores tibi voluit esse Deus, honores obse-
quiis, abstineas contumeliis: sed nec vultu
lædenda est pietas parentum; meretur cæci-
tatis subire supplicium, qui parentum vul-
tus torvo vultu despicerit. S. Hieronym.

CONVERSIO S. AUGUSTINI.

§. Maii.

Hoc die Monicæ lacrymæ Augusti-
num orbi secundum pepererunt; nam hoc Manichæorum erroribus se de-
mum expedivit. Ad id plurimū, ut di-
xeramus, momenti mater attulit, quæ
filium pessum euntem ex Africâ in Ita-
liam usque secuta lacrymis, pro ejus sa-
lute tantum non exoculavit sese. Mon-
stravit certè parentibus, quām parum
sit filium mundo peperisse, nisi in spem
cæli educetur. Jam duo illi ex Imperato-
ris aulâ, qui lectâ Magni Antonii vitâ,
nuntium mundo remiserant, tantum
apud Augustinum potuerunt, ut ex-

T clama